



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCXVI. Herzog Buguzlaw von Pommern verpfändet dem Herrn Nicolaus  
von Werle das Land Stavenhagen, damit dieser ihm mit allen seinen  
Kräften in dem Kriege wider die Markgrafen Beistand leiste, im Jahre ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

Auf der Rückseite: Prudentibus viris Consulibus et universis civibus lubicentibus, dilectis nostris fidelibus.

Aus der Elbeckschen Urk.-Sammlung I, Nr. CDXXXIX.

**CCXVI.** Herzog Buguzlaw von Pommern verpfändet dem Herrn Nicolaus von Werle das Land Stavenhagen, damit dieser ihm mit allen seinen Kräften in dem Kriege wider die Markgrafen Beistand leiste, im Jahre 1282.

In nomine domini amen. Buguzlaus, dei gratia dux Slavorum et kassubie, omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, salutem. Que largiuntur consiliis principum, necessarium est, ut robur obtineant et vigorem. Igitur notum esse volumus presentibus et futuris, quod domino Ny(colao) de Werle, avnculo nostro karissimo, et suis heredibus terram nostram Stouenhagen, ut nobis totis viribus per totam nostram guerram contra marchiones succurrant, pro quatuor millibus argenti tamquam pro salario obligamus; ita scilicet, quod, quando predictam perfoluerimus pecuniam, nos et nostri heredes eandem terram nostram possideamus postea sicut prius. Preterea recognoscimus, quod, si noster avnculus dilectus vel sui heredes aliquibus Guerris preoccupati fuerint, eandem terram pro sua necessitate poterunt obligare; nichilominus tamen istius pecunie portio non debet aliquatenus auementari. Sic itaque omnes vasalli nostri in terra Stouenhagen residentes domino Nycolao de Werle, avnculo nostro predilecto, et post suis heredibus homagium facient et se suis inperiis subiugabunt. In hujus rei testimonium presentem literam nostri sigilli munimine dignum duximus communiri. Huius rei testes sunt dominus Fridericus Vos, dominus Nycolaus Draco, dominus Gobeles Marscalcus, dominus Fridericus de Hindenborch, Otto Draco et alii quam plures, quorum nomina in presenti litera non sunt scripta. Acta sunt hec anno Incarnationis ihesu christi M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> octuagesimo secundo, per manus Hincrici, notarii curie domini Nycolai de Werle.

Nach der Abdrucke in den Balt. Stud. II, 125. 126.

**CCXVII.** Pabst Martin IV. beauftragt den Erzbischof zu Cöln und die Dechanten zweier Stifte daselbst, die gegen die Markgrafen von Brandenburg Johann, Otto und Konrad und gegen ihre Lande wegen der Befehdung des Bischofes von Halberstadt ausgesprochene Bann- und Interdict-Sentenz zur Beobachtung zu bringen, am 4. Januar 1282.

Martinus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Archiepiscopo Coloniensi et Dilectis filiis sancte marie ad Gradus et sancti Gereonis, Coloniensium ecclesiarum decanis, Salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis venerabilis frater noster Halberstadenfis Episcopus petitione monstravit, quod nobiles viri Johannes, Otto et